



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

En ipse stat post parietem nost[rum] respiciens p[er] fenestras prospiciens
p[er] cancellos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RUPERTI IN CANT. CAN. CA. II

¶ Dilecta quando uult, non suscitata, neq; euigi-
lare coacta: sed quando uult, & ubi uult, & qui-
bus uult, scripturar; mysteria pandit, & loquitur
& dicit: Vox dilecti mei, subauditur, talis est,
qualē dictura sum: & uocis eius. i. scripturā, q̄
ad ipsum & ad me pertinet, sensus hic est, quē ex-
positura sum. ¶ Vocē ipsam, uerba ipsa dilecta
q̄ loquitur mihi, iam dicerem, sed uos forte prius
aliud audire uultis, cur tam diu dilatū fuerit hoc
negociū, & prius q̄ mecum conueniret, tot genera-
tiones præterierunt, uidelicet ad Abrahā usq;
ad David generationes 14. & a David usq; trā-
migrationem Babylonis generationes quatuor-
decim, & a transmigratione Babylonis usq; ad
ipsum generationes quatuordecim, sicut Euān-
gelista diligenter distinguit. Cur aduentum su-
um tamdiu distulit? Num tardus est aut segnis?

¶ Imo uelocissimus in opere suo est secundū te-
stimonium scripturar; cuius uidelicet testimoniū
summa hæc est. Ecce iste ueniet saliens in in-
tibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus
capreæ hinnuloq; ceruox. Dicunt enim scriptu-
ræ propheticæ, uelocitatem eius attestates, Vo-
ca nomen eius, acceleras spolia detrahere, festina
prædari. Item: Et ecce festinus uelociter ueniet,
non est deficiens, neq; laborans in eo. Et multa
his similia. Vnde ergo dilatio? Dicam:

¶ En ipse stat post parietem nostrę respici-
ens p̄ fenestras prospiciens p̄ cancellos.

¶ Diligenter animaduertite, ut sciatis rem. Non
enim res parua est, quam dico parietem nostrū,
propter quem tam morose uenit iste qui &c au-

Marth. I

Esa. 8
Esa. 5.

COMMENTARIORVM LIB. I. 28.

teq; ueniret festinus & celer uocatus est, & cum
renisset, illud propter quod uenerat, tā cito tā ue-
lociter operatus est. Quid em? ¶ Quām lōgum
expendit tēpus in faciendo id quod de ipso scri-
ptum est, a summo cōelo egressio eius, & occur-
sus eius usq; ad summū eius? Spacio annoꝝ pau-
lo plus q̄ triginta duorū, tantā exultando cucur-
rit uiam, saliens atq; transiliens, tanq; caprea si-
ue hinnulus ceruorū, de cōelo in uterū meū, de u-
tero meo in crucē, de cruce in sepulchre, de sepul-
chro rursus in cōlum. ¶ Propter quē ergo parie-
tem nostrā tam diu moratus est, q̄ tam uelox in
opere est. Nimirū propter parietem inimicitiarū
qui non de uno tm originali peccato, uergetiam
de multis actualibus peccatis cōgestus est. Eorū
uidelicet actualium peccatorū primū illud fuit,
quod filij Jacob filij Isaac filij Abrahæ, ad quē
primū re promissio facta fuerat, fratrē suum Io-
seph p inuidiam in seruū uendiderunt, & ille 14
annis seruiuit. Cum enim. 16. esset annoꝝ, tunc
uenditus est, & quando educitus de carcere ste-
tit in conspectu regis Pharaonis triginta annoꝝ
erat. Itaq; sicut quodam loco iudex iustus. i. do-
minus dicit, iuxta numerū dierū. 40. quibus cō-
siderastis terram, annus pro die imputabitur, &
quadraginta annis recipietis iniquitates uestras
ita & illic iustum esse arbitremur iudicium, ut
diceret, iuxta numerū. 14. annoꝝ. quibus serui-
uit uenditus Ioseph: generatio pro anno imputa-
bitur, & 14. generationibus semē qđ promisi pa-
tribus uestris differetur, quod est Christus. Igī
tur ab Abraham, inquit, usque ad Dauid gene-
rationes quatuordecim, subauditur, & Christus

D iff

Psalm. 18.

Gene. 37.

Gene. 41.

Num. 14.

RUPERTI IN CANT. CANTIC. CA. II.

Matth. I.

Num. 14.

Psalm. 88

I. Reg. II.

4. Reg. 21

2. Par. 33.

Fenestræ,
sunt pro-
phetæ.

non uenit, & eo usq; distulit eum iratus dñs: unde & Moyses loco supra dicto cōgemuit. Porro David, i quē generationes quatuordecim terminatæ sunt, cū iam & ipse promissionē accepisset eandē cū iuramento domini, peccauit & ipse nō minus q̄ priores illi Vriā Etheū p̄cussit gladio, & uxorē eius tulit, & interfecit eū gladio filior Ammon. Itaq; nō minus super hoc irasci debuit dominus, q̄ dudū fuerat iratus: & cīcirco aduid usq; ad transmigrationē Babylonis (ait) generationes 14. subauditur, & Ch̄s non uenit. Porro in transmigratione Babylonis quæ pœna fuit transmigratis illis, non minoris erat peccati uel criminis, quod reges Iuda, maximeq; Manasses sanguinē innoxium fuderant multū, donec implerent Hierusalē usq; ad os, absq; peccatis suis q̄bus peccare fecerint Iudā, ut facerent malū corā domino. Igitur & a transmigratione Babylonis usq; ad Christū generationes 14. subauditur, & non nisi post tot generationes, idē Christus uenit. ¶ Post huiusmodi parietem nostrę en ipse stat. i. propter hæc & alia peccata generis nostri, cui repromissus fuerat, ipse iustas fecit moras. Stat (inquam) respiciēs per fenestras, prospiciens per cancellos. i. uisitās nos per prophetas memor nostri propter patres nostros. Nam fenestræ i hoc pariete fuerunt Moyses & prophetæ, sui quicq; tempore intra multitudinem peccantium, in ipsa congerie peccatorum claruerunt, parietem non ita contiguum esse sinentes, quin dilectus haberet aditum, quo adhuc introrsus respiceret, et uocem audibilem daret, locutionem intelligibilem faceret.

COMMENTARIO LI. II. 29

¶ Porro cancelli, scilicet anterior pars ædificij, fuerunt Abraham, Isaac, & Iacob, primi patres generis nostri, per quos in eo prospexit, q̄ propter eos misertus est nostri, recordatus est quod eis promiserit, quid iurauerit, hoc est quod ipsa cecini. Suscepit Israel puerum suum recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in secula.

¶ Et dilectus meus loquitur mihi. Surge propera amica mea, columba mea, forma mea, & ueni. Iam enim hyems transiit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putatiōis aduenit: uox turturis auditā est in terra nostra, fīcus protulit grossos suos, uineæ florentes odorem dederunt.

¶ Verba ista profecto desyderantis herba sunt. Quid autem est desyderiū dilecti, uel quid amor eius, nisi charitas, nisi spiritus sanctus? Tali utiq̄ desyderio desyderare, cum amore recte dicitur amare, dicitur etiam lætari, ut illic: Lætabitur dominus in operibus suis. Quinetiam petere dicitur, nimirum eodem desyderio, iuxta illud in Deuteronomio. Et nunc Israel (inquit Moses) quid dominus deus tuus petit ate, nisi ut timemas dominum deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum? Amplius autem nō solum petentis, uerum etiam ualde optantis animo loquitur, cum item in Deuteronomio dicit. Bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere

Cancelli
sunt patri
archæ.
Lucæ. I

Desyderiū
filij dei pro
salute gñis
humani ac
celeranda.
Psal. 103.
Deut. 10

Deute. 5